

Paratitla Didascaliarum.

tur in amico quæritus & non amicus: quidem cum fortunam enixim sequatur fides, & non amoris amore; simulatque expanditur infelicitatis velum, sub velamine amoris apparet odium.

2. *Odisti me, & non diligis.* Quod videtur ut odium, quit esse amoris obsequium, & econtrà; dum later sub lege, privata cordis vindicta: etenim non iustitia ingenium malignitatis, ubi lex iugulatur sub larva legis.
3. *Odisti me, & non diligis.* Iustitia diligitur, atque simul odio habetur: quod patienti videtur horror, est amor, si modus curationis adhibetur: verum amoris obsequium in prayum vertitur odium; ubi exacerbatur vultus, quoniam recedit à medicina modus.
4. *Odisti me, & non diligis.* Certamen odij & amoris, infcio pectore in commota à tyranno perfectione: igitur dum Martyres torquet, per odium diligit; quippe dum patitur caro, obsequitur persequendo.
5. *Odisti me, & non diligis.* Quia dilectus non contulit gratiam, sese estimavit odiosam. Iurè Gertrudem invocamus Dei singulariter dilectam: igitur ex illius gratiarum patrocinio, constat cunctis, Sponsa quam grata Deo.
6. *Odisti me, & non diligis.* Per odium, cordis notatur averio: per dilectionem, charitatis magnitudo. Quod astruit natura, negat aliquando gratia: etenim arte mirifica, apparente demonstratione averfionis, crescit flamma charitatis.

TAUTOLOGIA TERTIADECIMA.

Si septem nervicis funibus, necdum sicis, & ad huc bumentibus ligatus fuero, infirmus ero. Fol. 686.

AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. *Si septem nervicis funibus, necdum sicis, & ad huc bumentibus, ligatus fuero; infirmus ero, ut ceteri homines,* dicit verus Hercules Samson, sed per ludum; in signum virtutis Martyrum: quidem divinà gratiâ prius rumpebantur ferrea tyrannorum vincula, quam fragilia è carne corpora.
2. *Si septem &c.* Ex robore laqueorum Samson se probat invictum: rumpit gratia quæque corde resistentia, sitque homo infirmior, dum sibi videtur fortior: siquidem tunc gratia eminet, quàm plus malitia resistit.
3. *Si septem &c.* Samson cuncta fortia rupit, levigavit; & corrui factus infirmus, ut ceteri homines; ut cuncti discant ex casu cavere à levi periculo: igitur quia abdidit levigata, non potuit rumpere fortia.
4. *Si septem &c.* Vincit, dum vinciri posse dissimulat, & tunc artem regiminis elevat: quandoquidem oportet in prudens regimen, dissimulatione simulare potestatem.

DIDASC. 2. *Summa iustitia corruptio; vindicta in iustitia throno.* Fol. 651.

DIDASC. 3. *Vultus quod modo corrigitur, cor rumpitur sine modo.* Fol. 657.

DIDASC. 4. *Laurentij ante victoriam victoria, & flamma ignis sine flamma.* Fol. 663.

DIDASC. 5. *Dilectæ Gertrudis cor primas & summitas gratia Dei.* Fol. 669.

DIDASC. 6. *Martinus gemma Presulum.* Fol. 680.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Virtus Martyrum supra virtutem.* Fol. 698.

DIDASC. 2. *Paulus è sua conversione, vera & viva imago Salvatoris crucifixi.* Fol. 704.

DIDASC. 3. *Periculosus status agritudinis, confidentia sanitatis.* Fol. 708.

DIDASC. 4. *Presidis simulatio indigna; dissimulatio decora.* Fol. 713.



TAUTOLOGIA PRIMA.

VIR DE CUIUS CAPITE CAPILLI FLUUNT,

cabvus & mundus est. Levit. 13. vers. 40.

EXPOSITIO LITERÆ.



UPLEX Tautologia in unico testimonio (cui affines alia: 1. Reg. 14. 45. Daniel. 14. 35. Matth. 10. 30. Luc. 7. 38. & Act. 27. 34.) nimirum, capilli capitis, & calvities, fluxus capillis à pellicranto. Sic ergo per Isaiam dicitur: *Decalvabit Dominus verticem siliarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit:* & apud Ezechielem: *Tondentes attondent capita sua.* Ut ergo in expositionem liquidò procedamus; operæ pretium erit, exprimere de quo sermo. In principali Pleonasmò de notis lepræ agitur, cuius iudicium addicitur Sacerdoti, uti Ecclesiastici populi medico; quin possit fungi ullo modo Sacerdotio, ni impollutus, atque à leprosis segregatus: et-

enim eadem affectione, mundos iudicaret immundos; ne ipse appareret turpiter contaminatus. Hinc eadem detractionis noxâ, non mulctatur Aâron, & inficitur leprâ soror Maria. Etiam habemus (ait Celsius apud Marc. Senec. *Controv. 2.*) *quandam prerogativam Sacerdoti ab ipso Numine datam.* Maria apparet leprosa, & quia Sacerdos Aâron, longè à lepra; quoniam agritudinis iudicium difficile, modò ab agro medico Sacerdote. *Curare namque Sacerdotem necesse est* (inquit Gregor. Magn. homil. 17. in *Evangel.*) *que singulis dicat, unumquemque qualiter admoneat:* igitur necessarium, vel iudicium perverfium, vel curare seipsum. Perperum profectò ius, dum index in eadem damnatione est. Hinc SS. Monachorum Dux Benedictus Reg. *Sanct.* cap. 2. infit: *Cum de alienis rationibus cavet, redditur de suis sollicitus:* & cum de admonitionibus suis emendationem alijs subministrat; ipse efficitur à vitijs emendatus.

2. Quàm exacta hæccine requisita, constat ex Levitico 21. à vers. 17. ubi dicitur: *Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius: si cæcus fuerit, si claudus, si vel parvo, vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus &c.* Plura alia addunt Rabbini in *Catalog. Præcept. negativ.* 308. ubi plura ludicra: cæterum inconcussum apud illos, irregularitatem contrahi ex alicuius membri mutilatione propter deformitatem. Unde *Anigonus* (ut astringunt Iosephus lib. 14. *Antiq.* cap. 25. & Egeffip. lib. 1. cap. 29. & lib. 2. cap. 13. de *Excid. Ierosolym.*) *veritus deinde, ne populi favore Hyrcanus in regnum restitueretur,*

Mat. 3. 17.
Ezech. 44.
20.

Celsius.
Qui corri-
git, turis à
labr.
Gregor.
Magn.

S. Bene-
dict.

Levit. 21
17.
Qui lon-
gus, lan-
guore non
iudicet.

Iosephus.
am-

amputavit ei auriculas: hoc agens, ne ille propter hoc vitium ad recipiendum Pontificatum esset idoneus. Causas igitur huiusmodi precautionum videris apud Guillielm. Parisiense, de Legib. cap. 6. Theodoret. hic, Alap. Bonif. Leonard. Marium, & Abulenti. quæst. 27.

Paulan.

3 Apud Ethnicos similiter exhibitæ cura, ne in Sacerdotium eligeretur, qui aliqua pollutus macula. De Græcis ad Pauzaniam, qui lib. 7. in *Achaic.* cap. 231. ait: *Iovis dicitur Sacerdos, qui primas pulchritudinis tulisset.* Plura apud Tiraquell. de *Legib. Connubial.* leg. 2. num. 59. Latè Magius *Miscell.* p. 2. cap. 4. De Romanis inquit Aul. Gellius *Noct. Attic.* lib. 1. cap. 12. *Virginem Vestalem negaverunt capi posse, nec fas esse, qua lingua debili, sensuque aurium diminuta, aliâve quavis corporis labe insignita sit.* Plinius lib. 7. cap. 28. de Sergio valido milite ac Duce ait: *Sinistrâ manu solâ quater pugnavit, duobus equis, insidente eo suffosis. Dextram sibi ferream fecit, eaque religatâ præliatus, Cremonam obsessio- ne exemit. Placentiam tutatus est: duodena castra hostium in Gallia cepit: que omnia ex oratione eius apparent, habita cum in Prætura Sacris arceretur à Collegis, ut debilis.* Plutarcha observat *qq. Rom.* 72. Marc. Senec. in *Excerpt. Declamationum* lib. 4. contr. 2. introducit Metellum Pontificem (amisso oculorum lumine, quia Palladium rapuit, ne flagraret, correpto igne Vestæ templo) Sacerdotium exposcentem, in quem ita declamat: *Sacerdos non integri corporis, quasi mali ominis res vitanda est. Hoc in victimio notatur: quanto magis in Sacerdotibus? Post Sacerdotium magis observanda est debilitas: non enim sine ira Deorum debilitatur Sacerdos. Apparet non esse propitios Deos Sacerdoti, quem nec servati quidem servant.* Idem Coelius Rhodigin. lib. 12. *Leet. Antiq.* cap. 2. & Dalecamp. in *Præfatum Plinij* locum: Ita ergo sollicitudine laudabili studebant Præci, vel Ethnici, commendationi Sacerdotij, & Sacerdotum. Quid mirum, si in Ecclesia respiciantur, qui etiam apud Gentiles despiciuntur? Dignitatis Pontificis summi, summa semper commendatio: & speciosa, elegantque, vel in viris, forma digna est imperio.

Aul. Gell.

Plin.

Apud Ethnicos aliquomodo lesus arcebatursacerdotium sacris. Marc. Senec.

4 Priusquam scopum attingamus pro intelligentia non tantum præfati testimonij, sed totius capituli, imò sequentis (in quibus inveniet Lector lepram velimentis laneæ, & lineæ, lamineis atque subtegminis; pellium ac domorum) scire oportet, lepram in his rebus inanimum non esse sicut in rebus animatis; sed qualitate aliquam novam à Deo immisissam, corrosivam, & mordacem, sive acrimoniam falsam, sicut videmus in vitro, usionem, videlicet, voracem ac morosam, qualis inest calci vivæ, aut viscosam putrefactionem, ut patet in tabularis vetustarum navium. Minime sermo est de naturali lanæ corruptione, seu putredine per tineas, lignorum per cariem, aliarumque rerum per blattas: aliâs non diceretur *Plaga lepræ*; sed naturalis corruptio, seu putrefactio, quæ quidem difficilis in lapidibus. Hinc Medici de huiusmodi lepra nihil locuti: solummodo sermo fit de lepra hominis, cuius species videris apud Vallesium de *Sacr. Philosoph.* cap. 19. Manget *Biblioth. Medic.* tom. 1. lib. 1. Theophil. Bonet in *Mercur. Compital.* lib. 10. Myticas autem significaciones apud Lorinum hic, & AA. etiam relatos num. 2.

Quid intellegendum in rebus insensibilibus

Duplex calvitium in bonitate.

Aristotel.

Plin.

Sanie Salamandra desuunt pili. Ravil. Text.

5 Ergo ad rem. *Vir* (dicitur) *de cuius capite capilli fluunt, calvus, & mundus est: et si à fronte ceciderint pili, recalvaster, & mundus est.* Calvitium duplex est ratione loci: si in fronte aut sincipite effluxi pili, homo dicitur recalvaster: si autem in occipite, dicitur calvus. *Secundum verticem levitas* (inquit Aristoteles de *Histor. Animal.* cap. 111.) *Phalacroctis, calvitius vocatur: que super supercilia Anaphalantiasis, recalvatio.* Multoties à lepra defluunt pili, & calvus est, qui leprosus; sed non leprosus, vel immundus, quoniam calvus; nisi fiat calvus, quia leprosus. De naturali calvitie, fortuitâ, seu procuratâ, non est sermo. Patet ex contextu: igitur in calvitium ex lepra datur medicina, *vers. 37.* calvitium autem naturale, fortuitum, seu procuratum dicitur à Medicis passio insanabilis. Vide Nicolaum Leonicensem in lib. 6. *Hippocr. Aphorism.* 34. & Vallesium *loc. cit.* quoniam hic causam calvitij semper naturalem esse, iurè arbitraturs; velut enim ex arida terra, & faxis herba non nascitur, & nata si forte, arefcit, quoniam humorem non habet; nihilofecius propter siccitatem pellicranij, nimio cerebri calore, nulli in capite nascuntur pili, & nati arefcunt, quoniam non habent radices. *Eiusdem* (Salamandra) *felicit, ut ait Plinius lib. 10. cap. 67. & 29. cap. 47.) sanie que lactea ore vomitur, quacunque parte corporis humani contactâ, toti defluunt pili: idque quod contactum est, colorem in vitiliginem mutat: idest, in lepram albam. En calvitium ex lepra. Similiter oritur ex alopecia morbo, de quo Manget, & Bonet loc. cit. In capite humano (ait Ravil. Textor in *Officin.* lib. 2. cap. 51.) ex vitio humorum proveniens alopecia, morbus dicitur à vulpe, quam Græci Alopeiam dicunt, quod crebro hoc genus morbi patiaturs: vel ex proprietate urine, qua ut aspersa herba arefcunt, neque renascunturs nova: ita quoque pilos decutit hic morbus, qui postea*

postea non succrescunt. Videtur etiam calvitium ex ophiâsi, morbo puerili, dicto sic à serpente (Græcè *Ophis*) quasi circumdet. Ab occipite igitur sapè initium, hinc usque in aures; & frontem gradatim serpit, donec utrinde iungatur, quasi cauda, caputque serpentis committerentur. Vallesius, quòd supr. distinguit calvitium ex alopecia, & ophiâsi, ex eo quod illud secundum ampla loca, & hoc accidit, circulum fluxis pilis. Etiam videtur calvitium ex phlegmate falso, seu falsa pituita, quæ dicitur Imperigo tam à Celso lib. 5. cap. 3. quam à Fornelio lib. 7. *Pathol.* cap. 4. Unde Srenus Samonicus in *Præcept. medic.* succinit: *Si verò est vitium, quod dicit ab impete nomen, Hoc matutinâ poteris cobibere saliva.*

Denique ex achoribus, seu tinea capitis oriri solet calvitium. Nosrates *Tiña* dicunt: quam metro describit idem ibid.

Defluit expulsus morbo latitante capillus, Si raro lavitur, seu vis epota veneni, Seu salamandra potens, nullisque obnoxia flammis; Eximium capitis tactu deciet honorem. Nonnunquam variant macule, parvisse parumper. Orbibus aspersum ducit nova vulnera tempus.

6 Sicut ex hisce causis oritur lepra, & ex lepra defluxus capillorum; ita ex adusta nimia siccitate cerebri oritur naturale calvitium, quin importet ullam maculam, aut feditatem, spurcitiemve: igitur plures sunt calvi, quorum in cute nitore, & levitas, & præter glabritiem pilorum nulla deformitas: imò ut notat Plinius lib. 11. cap. 37. *Myconij calvantes eo (capillitio scilicet) gignuntur, & quedam animalium naturaliter calvent, sicut struthiocameli, & corvi aquatici.* Perperum erit iudicium de lepra, solummodo cute capitis calvâ. Unde Galenus lib. 1. de *Composit. Pharmacor.* cap. 1. inquit: *Quales autem sint corrupti humores, ex eo colore cutis capitis cognosces: aliquibus mutata albiore apparet: aliquibus nigrior, aut pallidior.* Hinc in textum genuina expositio. Qui calvus est, mundus est. Immundus erit, si lepra corruerit capillos, ex qua calvus; vel si in calvitio naturaliter factò, apparuerit macula lepræ. Calvus est, cuius defluunt pili: at quia pili defluunt; non leprosus, ni capilli defluant impetigine lepræ. Ita ergo subditur: *Sin autem in calvitio, sive in recalvatione albus, vel rufus color fuerit exortus, hoc sacerdos viderit; baud dubit eum lepra condemnabit, que orta est in calvitio.* Alia signa præter calvitium requiruntur ad lepram. Unde vir, de cuius capite capilli fluunt, iudicabitur calvus; sed non immundus: igitur si duntaxat calvus est, est mundus, & non leprosus. Innuunt Versiones. *Syr. Si defluit pilus eius, & calvus fiat, mundus est.* *Perf. Vir, cum effusum fuerit capillitium capitis eius, calvus est, mundus est ipse.* Idem Arab. Unde elucet modò sensus prima Tautologia: in præfato testimonio. Calvitium sive in occipite, sive in vertice, sive in angulis frontis (Hispanicè *Entradas*) quo sensu legit Oleaster, *A cinctino facies*, qui oriri ex siccitate cerebri, ac nimio calore; & etiam à mordacitate lepræ. Utrâque causa decidunt capilli capitis. Potest vir esse calvus; at non quia calvus, immundus: etenim non calvus ratione lepræ; sed quia siccitate pili fluxerunt è cute. Ita calvus erit, & immundus, qui leprosus; quia minimè immundus, eo quòd fluxerint pili; sed quia fluxerunt ratione lepræ. Calvus profectò est, qui capillitio caret; sed non ideò immundus est: quandoquidem solummodo calvus est ob capillorum defectus; & solum immundus est, qui ratione plage calvus. Innuat Barth. *Anglicus de Propriet. rer.* lib. 5. cap. 66. *Si talis fumus* (inquit, idest, humor) *non desicit, sed illum potius alius humor inficit, aut impedit; calvitius non est proprie, sed infirmitas specialis, qua alopecia à medicis nuncupatur, qua infirmitate, corrupto capillorum nutrimento, cadunt capilli, & nudata parte capitis, anterior superficies deturpatur.*

7 Alia cogito. Discrimen, ni fallor, est inter calvum, & decalvatum. Utriusque decidui capitis fugaces pili; sed à quo defluunt dispositione naturali, calvus & mundus est. Verum vir de cuius capite capilli fluunt præternaturaliter; non calvus, sed decalvatus est, & immundus. Quare non omnis, qui sine capillis, calvus: etenim decalvato defunt capilli, & calvus dici nequit: etenim defluxi pili ab ægritudine, nequaquam à dispositione vel passione naturali. Constat differentia ex factis: etenim apud Isaiam, ut vidimus, dicitur: *Eo quod elevata sunt filia Sion* (nimirum, formati è capillitio turriculis, vernacule, *Crespor*, de quo egimus fusc Tom. 3. *Tautolog.* 1. num. 21.) *decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit.* Versu denique, 24. subditur: *Et pro crispante crine erit calvitium.* Quibus, in auctoritatibus elucet discrimen calvitij, & de-

Sereni.

Idemi.

Plin.

Galen. Prima Esâ postio.

Munditia calvitij seu immunditia à causa.

Syr. Perf. & Arab.

Barthol. Anglic.

Discrimen calvitij & decalvati. Isai. 3. 16. 17.

2. *Exposit.* decalvationis. Calvitij in deformitatem ob defectum ornatus naturalis : decalvationis in deformitatem capitis, & insuper immunditiam. Primum signat Ambrosius lib. 6. in *Hexaemer.* cap. 9. ubi : *Cæsaries quam compta in mulieribus! Alium sexum crinita non decet: alium tonsa non decet.* Hinc de capillorum fluxu intime dolent : nec mirum. *Si pulcherrime cuiuslibet eximia caput capillo spoliaverit : licet illa celo delecta, licet omnium gratiarum choro stipata, & toto cupidinum populo comitata, & baltheo suo cineta cinnama fragrans, & balsama roanas, calva processerit : placere femina non potest.* Hæcine Apuleius lib. 2. *Metam.* Secundum alruit Alapide hic. *Caput (inquit) hoc gloriosum superbarum percussit Dominus iusta poenâ, nimirum, alopecia, tinea, & lepra : quæ non modo capillis, sed carnis caput nudabit.* Prius Doctif. Sanctius num. 27. *Lepra (ait) vel scabie percutiet, aut decalvabit.* Utrumque feminis triste ob deformem speciem, iuxta illud Ovidij 3. de *Art.* vers. 249.

Turpe pecus mutillum, turpis sine gramine campus, Et sine fronde frutex, & sine crine capus.
 Vulnus maximum formæ arbitrantur sublatum nativum capitis ornamentum, studiose magnoperè elegantie capillorum. Unde iocus Martialis lib. 12. *Epigr.* 7. & 14. *Epigr.* 27.
Toto vertice quot gerit capillos, Annos si tot habet Ligia, trima est. Si mutare paras longævus cœna capillos, Quò tibi calva?

Idcirco propter arrogantiam, utroque modo plectentur filie Sion : etenim, & calvæ erunt desitione naturali capillorum, & decalvate acrimoniâ plagarum. Fluent è capite pili, quorum defluxu ridebuntur ut calvæ ; & etiam fluent corrosione lepræ, quâ non tam calvæ, quam decalvæ, & immunda. Simile ergo iudicium de decalvato, & calvo in præfato testimonio.

8 *Vir* (dicitur) *de cuius capite capilli fluunt.* *Vir* omittitur in Græco : at meditante iurèque *Vir* signatur, dum de calvitie fit fermo, de qua, vel in qua hæere quit plaga lepræ ; licet de utroque, viro nempe, & femina intelligat Abulens. hic. De viro etenim dubitari potest, an calvitium sit è fluxu capillorum ob calor prædominiam, vel ob lepram corruptentem radices capillorum. Secus verò in femina : quippequam si calva, tantum à lepra. Humiditate nimia nec pueri, nec femina, nec enunchi calvefunt, ut affruit Aristoteles in *Probi.* & Hippocrat. in 6. *Epidemicon*, sect. 3. Unde Plinius lib. 11. cap. 37. *Defluviium* (inquit) *eorum in muliere rarum, in spadonibus non visum, nec in ullo ante veneris usum : nec infra cerebrum, & intra verticem, aut circa tempora, atque aures.* In cunctis his locis infidet lepra : quapropter si defluunt pili, leprosa est ; minime calva : quippe si fecitas calvitij extat naturalis causa, humiditate toto capite abundat femina : ex qua frequenter (si in capite animalium, homini plus) feminis copiosa cæsaries. *Vir* ergo, non femina, dum defluunt pili, signatur ; quippequam potest esse calvus, quin sit leprosus. Ex contextu liquet. Ibid. vers. 29. dicitur : *Vir, sive mulier in cuius capite, vel barba germinaverit lepra* (non calvitium) *videbit eos sacerdos.* Idem, vers. 38. Si calvitium est, in viro lepra potest non esse, & esse : ideo videbit sacerdos. Sin verò in femina, decalvata est, quæ nequit esse præ cerebri humiditate calva. Videbit sacerdos virum, an sit calvus, quia leprosus : fluxus igitur capillorum dicit calvum, vel decalvatum ; mundum, vel immundum. In femina videbit, si crevit, vel evanuit lepra : equidem si fluxi pili ; haud quia calva, sed quia decalvata, immunda & leprosa. Quadrat illis supplicium ob gloriam, vanitatem, & sollicitudinem capillorum, & circa comam meditata embolia. Ita igitur à Prudentio in *Psychomach.* à vers. 250. pingitur inflata superbia.

Fortè per effusas inflata superbia turmas Effreni volitabat equo, quem pelle leonis Texerat, & validos villis oneraverat annos. Quo se sulca iubis iactantius illa ferinis Inferret tumida, despectans agmina fastus; Turritum tortis caput accumularat in altum, Crinibus extructos augetet ut addita cirros Congeries, celsumque apicem frons ardua ferret.

9 Calvi sanequam tam olim, quam modo male audiunt; igitur exponuntur, cavillis & iocis. Martialis sæpè ludit, quem sequitur Britannicus genio & salibus lib. 1. *Epigr.* 73. & 105. Luculentes lib. 2. *Epigram.* 126. accinit:

Cur femina, eunuchus, & puer non calvefunt?
 Plin.

Tertia solutio.

Prudent.

Ecce tibi nulli superant in vertice crines, Nullus in infida stat tibi fronte pilus. Omnibus amissis à tergo & fronte capillis, Quid tibi iam præstat perdere calvæ? Caput.

Caput æquivocum est, igitur etiam significat capillitium. Maluenda in nostrum testimonium, scilicet *Vir de cuius capite &c.* legit : *Vir, quia evellatur caput eius, calvus : & si de angulo facierum eius evellatur caput eius, recalvescerit erit.* Ezechiel. 44. 20. *Tondentes attonde capita sua, idest, cæsariam : de quo infra num. 44. Quam speciosa cæsaries* (inquit Ambrosius, ubi supr.) *quam reverenda in senibus, quam veneranda in Sacerdotibus, quam compta in mulieribus, quam dulcis in pueris!* Si ex coma commendatio, lusus profecto ex calvitio. Hinc Mathathias, ut exprimeret, quanta in Templum dedecora, Anthiocho Epiphane, 1. *Mach.* 2. 8. exclamat : *Templum sicut homo ignobilis : hoc est, sicut securia, morio, & in mimica scena subcalvus.* Dialecto nostra : *Vegete de extremis, in quem vel pueri audent; calvitie sæpè ficta in ludibrij illicem, & laxiorem eachinni solutionem. Hæc enim in fabulis stultissima persona est improvisorum & stultorum senum :* inquit Tullius lib. de *Amicitia.* Iccirco non in aliud petulantia puerorum scomma irrupit, cum insultarent Elisco. *Ascende calvæ, dixerunt, 4. Reg.* 2. 23. hoc est, fatue, stolidæ, fomes ludibrij : siquidem apud Priscos, propter speciem in senis exhibitam, quia fatui, calvi, vel stolidi formam præ se ferebant; farui, calvi, & stolidi appellabantur à vulgo. Nostrum morem sequitur : excusantur rancida vetulitate, qua non apparentes, sed audientes & ridentes ridendi stultissimi moriones. Vide apud Plutarch. *gg. Rom.* 52. quid fiebat ludis Capitolinis. Ioannes Britannicus in illud Persij, *Satyr.* 1. vers. 70. *Nugaris cum tibi calvæ, subdit : Per irrisionem cum calvum vocat, & Marcilius ibid. inquit : Vtule, calvæ, mime aut morio : nimi & moriones calvi.* Petron. in *Satyr.* ait : *Videmus senem calvum : nimirum deformem & ridiculum. Calvum effingit* (subdit Salas hic) *que ultima deformitas.* Vide apud ipsum plura attestantia fol. 267. In huiusmodi convitium, ob Neronis odium, quin calvus esset, plebs Romana irruit. Unde Iuvenal. *Satyr.* 4. vers. 38. *Et calvo serviret Roma Neroni.*

10 Aliqui *Calvum* Neronem intelligunt Domitianum, iuxta illud Aufonij in *Cæsariis.*
Et Titus Imperij felix brevitate : secutus Frater, quem Calvum dixit sua Roma Neronem.
 Neronem, ob truculentiam, & crudelitatem ; *Calvum*, propter deformem calvitiam. Astipulatur in eius vita Suetonius cap. 18. *Calvitie quoque deformis, calvitio ita offendebatur ; ut in contumeliam suam traheret, si cui alij ioco, vel iurgio obiectaretur.* Quia eodem defectu, dirotie mania, seu furore percitus, laborat Caligula : de quo idem in eius vit. cap. 50. inquit : *Fuit capillo raro, & circa verticem nullo, hirsutus cætera. Quapropter transiente eo, prospicere è superiore parte, aut omnino quacunque de causa Capram nominare ; criminisum & exitiale habebatur.* Ægrè, impatienterque tulit vitium Caius Iulius Cæsar. Calvitij verò deformitatem iniquissime ferret, sæpè obtrectatorum iocis obnoxiam, expertus : ideoque & deficientem capillum revocare à vertice assueverat : & ex omnibus decretis sibi à Senatu, populoque honoribus, non alium aut recepit, aut usurpavit libentius, quam laureæ perpetuò gestandæ. Ita idem in *Cæsar.* cap. 45. Adeo olim odiosum calvitium, cuius deformitatem ut numero posset levare ; invidiâ raptus Caligula, *Pulchros & comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat.* Idem quò dudum cap. 35.

11 Sanè inconcussum cæsariam esse pulchritudinis formam, atque formæ venustatem : quicquid Synesius prædicet in *Panegy.* Calvitij, N. Hugbaldus ad *Carolum Calvum*, alijque videndi apud Dornavium in *Amphitheatro sapient.* Equidem ut dixit Charilaus, refertque Cæl. Rhodigin. lib. 15. cap. 8. *Ex omni ornatu hic pulchrior, venustior, & minimi sumptus.* Hac de causa Capillati pro *Pulchri & Pulcherrimi* sæpè apud Martial. Videris lib. 2. *Epigram.* 57. & lib. 10. *Epigram.* 62. Domitius Calderin. notat hic & etiam Inst. Lipsius lib. 1. *Epist.* 5. imò ipse Synesius calvus & calvitij encomiastes, ubi dudum, inquit : *Omnes enim naturæ formæ ac pulchritudinis desiderio tenemur : ad quam magna ex capillorum honore fit accessio.* Utrumque amplectitur Petronius in *Satyr.* *Met.* 15.

Quod summum formæ decus est, cecidere capilli : Vernantesque comas tristis abegit hyems. Nunc umbra nudata sua iam tempora mærent. Aveaque attritis ridet audusta pilis. O fallax natura Deum! Quæ prima dedisti Etati nostræ gaudia, prima rapis.

Ovren.

Caput pro coma.
 Maluend.

Ambrosi.
 1. Mach.

Cicer.

4. Reg.

Calvus pro ridiculo.

Pers.
 Britann.
 Marcill.
 Petron.
 Salas.

Iuvenal.

Aufon.

Sueton.

Qui calvitio offensa?

Idem.

Coma formæ decus.

Petron.

Exposit. Liter.

*Infelix, modo crinibus nitebas,
Phæbo pulchrior, & forore Phæbi:
At nunc levior are vel rotundo,
Ridentes fugis, vel times puellas.
Ut mortem citius venire credas,
Scito iam capitis perisse partem.*

Patet calvitij deformitas & coma venustas: igitur in natura nihil iucundius, nec gratius, nec brevius; uti dicitur calvus Donitianus libell. de Cura capillor.

12 Sicut capilli & coma metaphorice aliquando accipiuntur, ita calvitium. Iob. 14. 19. *Lignum ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam.* Hieronym. *Epitaph. Nepotian.* cap. 3. *Coma arborum.* Pacian. ad Simpronian. *Epist.* 3. *Palmitum crines.* Priscian. *Medicin.* 5. *Coma byssopi.* Plin. lib. 12. cap. 25. de balsamo inquit: *Tondetur similiter fruticans; folium proximum rura perpetua coma.* Tibull. lib. 2. *Eleg.* 2. vers. 47.

Rura ferunt messes, calidi dum sideris astu
Deponit flavas annua terra comas.

Virgil. lib. 5. *Aeneid.* vers. 774. *Tonse olive.* lib. 9. vers. 682. *Intonse quercus.* *Georgic.* 4. vers. 122. ac 137. Horat. 4. *Carm. Od.* 7. vers. 1.

Nec sera comantem Narcessum,
Ille comam mollis iam tunc tondebat acanthi.
Iam gramina campis, arboribusque comæ.

Ovid. 3. *Fastor.* vers. 135. *Nullas, ut solet herba comas.* 1. de *Remed.* vers. 198. *Arbor operata comis,* & 2. *Metamorph.* fab. 1. vers. 2. *Virides siccare capillos.* Hac de causa fluminum imagines semper hirsute capillis. Idem ad *Liviam*, vers. 221.

Ipse pater flavis Tyberinus abhorruit undis,
Sustulit è medio nubilus amne caput.
Tunc salice implexum muscoque & arundine crinem
Cæruleum magna legit ab ore manum.

Apul. Quia herbarum, arborumque copia iuxta fluentia, fluminibus tribuitur capillatura. Exprimat Apulcius, ubi sup. lib. 5. *Proximè ripam vago passu lascivium, comam flavij ton-*
dentes capelle. Seneca in *OEcip.* vers. 154. *Non silva sua decorata comâ.* Propert. lib. 3. *Eleg.* 64 vers. 28. & 4. *Eleg.* 2. vers. 14. quem sequitur iterans phrasem Ovidius 2. *Amor.* *Eleg.* 16.

Me tegat arborea devia terra comâ.
Et coma lætenti spica fruge tumet.

Idem Varro de *Ling. Latin.* lib. 4. & de *Re rustic.* 1. cap. 48. *Torum usurpatum è Græcis.* Adi Homer. 4. *Odyss.* vers. 170. Sophocl. in *Trachin.* vers. 1216. in *OEcip. tyrann.* vers. 498. Euripid. in *Iphigen. in Aulid.* vers. 705. & Aristophan. in *Ranis* vers. 1000.

13 Ad fulgorem coruscum copiosi luminis, nimioque splendore oculos perstringentis, fit comæ quoque translatio. Unde Sol apud Poetas, principe Homero, plerunque plauditur *Flammicomus, Auricomus.* Sicut vento movetur coma, haud aliter flamma, quæ radios vibrat in comarum formam. *Stella crinita* dicitur à Cicerone lib. 1. de *Natur. Deor.* Quod nos *Iubar*, Græci dicunt *Phosphorone;* quod splendor eius diffunditur in modum *iubar leonis* ait Festus. Hinc Theodectes *Orat.* de Sole, inquit: *O pulchricomam lampada!* *O amabile omnibus iubar!* Catullus in *Nuptijs Juliae & Manlij*, vers. 78. modulatur:

Videsne ut faces
Splendidas quatunt comas?
Æschil. in *Agamemn.* vers. 701. *Flamma magnam barbam.* Albinovanus ad *Liviam*, vers. 256. & Seneca in *OEcip.* vers. 311.

Æthera subiectis lambit & astra comis.
Et summam in auras fusus (ignis) explicuit comam.

Senec. Quod à motu sumatur, elucet ex Ovidio, *Epist.* 2. vers. 120. ubi: *Lumina mota face.* & lib. 10. *Met.* fab. 1. vers. 7. ex quo Seneca, ubi dudum:

Nulloque invenit motibus ignes.
Non una facies mobilis flammæ fuit.

Hinc, præut auguror, splendor armorum, maxime galeæ, qua apex (igitur motibus crebris effulgurat, ac radios nutantes adverso lumine vibrat) dicitur coma, Virgil. lib. 2. *Aeneid.* vers. 391. de Chorebo canit:

Deinde comantem
Andropæi galeam, clypeique insigne decorum.

Fel' splend. si. Virgil.

Quo

Tautolog. Primæ.

Quo in loc. Servius inquit: *Comantem, id est, splendentem.* Pridem Homerus *Iliad.* 19. vers. 379.

Sic ab Achillis scuto splendor in æthere ibat
Pulchro, affabrè factio, cassidem verò tollens
Capiti imposuit gravem: hæc autem ut stella lucebat
Cristata galea, circum autem movebantur crines aurei.

14 Etsi de artificij, ac capillaturæ ornatu tam in feminis, quam in viris actum, Tom. 3. *Tautolog.* 1. & 5. plura hic medicata servavimus in pleniori auctoritatum facrarum expositionem, circa capillorum ornamentum, & calvitium. Color crinium magni olim habitus: in viris nigri. Quare de Sponso dicitur: *Coma eius sicut elata palmarum, nigra quasi coreus.* In feminis flavus, de quo infra, unde præut placet, vel plauditur, studet forma fingere. Aliquando inter Romanas ater plurimi ductus. Horatius 1. *Carm. Od.* 3. vers. 12. & de *Art.* v. 37. & Propert. lib. 2. *Eleg.* 12. v. 22. & 3. *Eleg.* 5. vers. 24.

Spectandum nigris oculis, nigroque capillo.
Gloria magna tua est.
Quæ caput & digitos & lumina nigra puellæ.
Sparserit & nigras alba senecta comas.

At ut iuventam venderent inspectâ facie capillorum, etsi contraria diceret facies; vel ut vividiore colore prætaret in illicem capillitium; flavus apud illas in ampliore honore. *Mulieres nostræ* (ait Cato de Originib.) *capillos cinere ungitabant, ut rutilus esset crinis.* Cinere capillus rubet; itaque color flavus à curiositate arte.

Dicbam, desiste tuos medicare capillos,
Tingere, quam possis, iam tibi nulla coma est.
Nec tamen ater erat, nec erat color aureus illis,
Sed quamvis neuter, misus uterque color.
O quam sæpe comas aliquo mirante rubebis!
Protegit ingenus picta rubore genas.

Ita Ovidius 1. *Amor.* *Eleg.* 14. & Catull. quo dudum, vers. 63. & de *Coma Beren.* vers. 61.

Non flavo retinens subtilem vertice mitram.
Fixa corona foret, sed nos quoque fulgemus
Devota flavi verticis exuvie.

Sequitur intuitum Propertius lib. 2. *Eleg.* 2. v. 5. ubi: *Fulva coma est.* Virgil. 4. *Aeneid.* vers. 559. *Et crines flavos.* v. 590. *Flaventes comas.* Statius lib. 6. *Thebaid.* v. 608. *Flavus crinis.* Claudian. de 4. *Consulat. Honor.* v. 446. & de *Bell. Getic.* v. 409. *Flavam casariam.* Accinunt etiam Græci. Homer. 3. *Odyss.* vers. 400. *Flavos crines.* Eurip. in *Hercul. furent.* vers. 993. *Flavum caput pueri.* Pulchra videris apud Athenæum lib. 12. cap. 20. & Adrian. Iunium libell. de *Coma.* Color hic, quia commendabilior, tributus comis *Deorum & Dearum.* Virgilius ubi sup. vers. 556. iaccinit.

Huic se forma Dei vultu redeuntis eodem
Obtulit in somnis, rursumque ita visa monere est:
Omnia Mercurio similibus, vocemque, coloremque
Et crines flavos, & membra decora iuventæ.

Hinc *Mercurio, Veneri, Cupidini & Apollini* Prisci dicabant comam, de quo infra num. 19. Quippe his tributa semper florida, viridisque iuventus, cuius index, uti diximus, crinis flavus. Ovid. 1. *Amor.* *Eleg.* 14. vers. 31. accinuit:

Formosæ perire coma, quas vellet Apollo;
Quas vellet capiti Bacchus inesse suo.

Aliquando femina, quæ huicæ coloris mulcimine allecæ, malè apud vulgus audierunt, iuxta illud *Petronij in Satyr.* metr. 19.

Scorta placent, fractique enervi corpore gressus,
Et flavi crines, & tot nova nomina vestis.

Astruit etiam Alexander ab Alex. lib. 5. cap. 18. *Etenim* (inquit) *Matronæ & spectatæ pudicitie mulieres nisi nigro capillo, & longè latèque suscipit togâ, ad talos demissa, stolæque & flammeo, ac vitis & reticulo, quo capita volarent; utebantur: cum meretrices flavum capillum haberent.* Quare Iuvenalis *Messalinam taxans Satyr.* 6. inducit occultentem, ut turò iret in lupanar, flavo crine nativam nigrantem comam.

Sed nigrum flavo crinem abscondente galero,
Intravit calidum veteri contone lupanar.

Homer.

Crinum ca- lor niger magni habi- tus.

Cant. 5. 1. 1.

Horat.

Propert.

Pluris fla- vu. Cato.

Ovid.

Catull.

Virgil.

Coma Deo- rum flava.

Ovid.

Petrouz

Alex. ab Alex.

Iuvenal.

Flava

Flava comā olim meritoria, ut notant Servius & Adrian. Iun. quo supr. Innuat Horatius, 1. Carm. Od. 5. vers. 3.

Horat.

Pyrrha sub antro: Cui flavam religans comam.

Euripides quoque in Electra, vers. 1071. Hanc carpentem matrem inducit urbanē, colore comā.

Eurip.

Flavos speculi iudicio cinnos componebas. 15 Ratiocinio proposito non possum fufragari: equidem pudicarum etiam ornamentum fuit. Quia illo colore abufā lup; ridiculum erat fecare, vel capillitium tingere. De Lucretia canit Ovid. 2. Faſtor.

Ovid.

Forma placet, niveusque color, flavique capilli: Quique aderat, nullā factus ab arte decor.

Cant. 7. 5. Sauct.

Imò de Sponſa dicitur, Cantic. 7. 5. Coma capitis tui ſicut purpura Regis. Quo loco Sanctius num. 44. Capilli (ſubdit) Sponſe intelligitur rubere: num. 45. Ipsi fulvi ſunt ſicut purpura, & aureis tenuis illigantur. De huiusmodi uſu, cultu & ornatu muliebri diximus Tom. præced. Taut. 1. à num. 2. 1. ſed pro præſenti materia, antiquitatis & latinicitatis ſtudioſis aliqua libabimus. Variè, nimisque diſſident AA. erga purpuræ colorem. Alij purpureum indicant etiam coccineum, rubicundum, rubeumque flammatum. Hiſpan. Color de grana, eſcarlata, encarnado. Alij contendunt ſub purpuræ colore minime comprehendit ullum præter violaceum, cœruleum, & rubenter ſubnigrum. Vernaculè: Color de violeta, color de mora, de ſangre quaxada: ab aliquibus, Carmeſi, vel Carmine. Fugit illor alia acceptio, quæ omnino propoſiti noſtri. Pro violaceo videtur ſtare Plinius, lib. 9. cap. 38. Laus ei ſumma (inquit) color ſanguinis conereti, nigricans aſpectu, idemque ſuſpectu refulgens: unde & Homero purpureus dicitur ſanguis. Et lib. 2. 1. cap. 8. Veſtes colore commendantur. Hos animadverto tres eſſe principales: unum in cocco, qui in roſis micat. Alium in amethyſto, qui in viola, & ipſe in purpureo, quemque lantidinum appellavimus. Tertius eſt, qui propriè conchylij intelligitur. Favet Horatius lib. 2. Epſt. 1. verſ. 206. & Virgilius, 4. Georgic. verſ. 275. Lana Tarentino violas imitata veneno.

Quid intelligendū per colorem purpure? Plin.

Horat. Virgil.

Lana Tarentino violas imitata veneno. Viole ſublucet purpura nigra. Martin. de Roa lib. 4. Singular. cap. 7. Color (inquit) qui ex ſubnigro rubefcit. Patetque ex Leg. Si cui lana, 70. §. ultim. P. de legatis 3. ubi: Purpure appellatio omnīs generis purpuram contineri puto: ſed coccinum non continebitur: ſucinum & ianthinum continebitur.

Pro rubro & coccineo. Plin.

16 Alij de rubro colore, ſive puniceo intelligunt, ſed ſub obitum Auguſti: etenim pridem purpureo non alius, niſi violaceus iudicabatur, uti contendit La-Zerda in loc. præſat. Georgic. firmatque ex Plinio lib. 9. cap. 39. dicente: Neſos Cornelius, qui Divi Auguſti principatu obiit, me, inquit, iuvene, violacea purpura vigebat. Alſtruit etiam ex Sacra pagina: equidem purpuram, de qua Marcus cap. 15. 16. & Ioannes 19. 2. Chlamydem coccineam vocat Matthæus 27. 18. An quia poſt Octaviani obitum? Illuſtre ratiocinium! Accipit purpureum pro rubicundo Virgil. 11. Aneid. verſ. 818. ubi de moribunda Camilla accinit:

Virgil.

Labitur exanguis, labuntur frigida letbo Lumina: purpureus quondam color ora reliquit.

Vitruv.

Cauſa cadet huiusmodi cogitatio. Purpuras (ait Vitruvius lib. 7. cap. 4.) pro ſoli proprietate alium, atque alium habere colorem: & apud Tyron quidem, rubrum: circa Africanum autem punicium ſuccum emittere, quo & purpura tingitur. Dalecamp. in Plinij cit. loc. cap. 38.

Pro utroque

Purpuræ genera aſtruit ex varietate colorum: coloris ſcilicet violacei ſaturi & ſubnigricantis, quæ purpura dicitur amethyſtina ex pelagijs purpuris ſolis: & punici, rubentis colore cocci, qualis Tyria & Tarentina. Sic utraque, ſed luxuriavit atas: & quibus commendabiles, provocavit cultus ſorum colores. Hinc excogitavit non tantum ſuccum, ſed præſtantiam, coaleſcentem ex gemina tinctura, qua nihil gratius traditur aſpectu: ut ait Plinius lib. 2. 1. cap. 8. & Seneca lib. 1. qq. natur. cap. 3. Intereſt ſcire, an ſepius merſa ſit & excocta; an ſemel merſa. Hanc purpuram vocat Plinius Dibapham, uti dixi Tom. 2. Tautol. 11. Did. 8. num. 10. fiebatque vel ex eiuſdem ſucci tinctura duplici, vel cruce purpurarum diſtarum regionum: vel ex lana iam tincta, poſtque tincta denudò tela, quæ facta ex ſatura lana: denique fiebat ex cocco & purpura, cuius color dicebatur Hyſguinum, ut probant Vitruvius, quò ſupr. cap. 14. Plin. lib. 9. cap. 41. Cæſius lib. 2. de Mineral. cap. 4. ſect. 13. Hieronym. Sopranis Digreſſ. 1. de Re veſtiar. diſp. 1. cap. 3. §. 7. & 8. Lazar. Bayhius in leg. Veſtis, ff. de auro & argento, ſeu re veſtiar. Aul. Gell. lib. 2. cap. 26. Anton. Thyleſius de Colorib. denique Barth.

Quid fit Hyſguinum?

An-

Anglic. lib. 19. tot. Hyſguinum nunc tinctura eſt ex cocco prius, deinde & purpura Tyria: ſubdit Dalecamp. in lib. 37. Plin. cap. 6. Quo intelligitur illud 1. Machab. Iudas reverſus ad ſpolia caſtrorum: & acceperunt aurum multum & argentum & hyacinthum & purpuram maritimam: id eſt, lanam, vel telam tinctam ſanguine, aut ſucco duntaxat conchyliorum, videlicet ex purpura, buccino, murice & alijs teſtaceis. Alia purpuræ tinctura dicitur purpura terreſtris; quippequam facta ex cocco (valgo, Coccinilla) fruticum granis (id eſt vernaculè Grana) vel vermiculis. Coccum rubens granum circa Emeritam Luſitania, in maxima laude eſt: ait Plin. lib. 9. cap. 41. & 16. cap. 8. Quapropter ubi nulla conchylija, bis tingebatur lana, vel tela grano cocci, vel vermiculo: tuncque ſplendens rubens eximius color exibat, variuſque per miſturæ qualitate vel portione. Fubvus enim & flavus & rubidus & Phœnicæus & rutilus & luteus & ſpadiæ, appellationes ſunt ruſi coloris; aut acuentes eum, quaſi incendentes: ſubdit quò dudum Aul. Gell. Sic igitur intelligitur illud Exod. Coccus bis tinctus: & apud Iſaiam, Ruber vermiculus: etenim coccum granum intrâ vermiculum gignit (quem lape vidi) rubri coloris, cuius humore ſature inebriabantur lanæ: unde quod Latine Coccus, Hebr. Vernis, vel vermiculus, Adi N. Quintanil. in loc. præſ. Exod. Summum olim huiuſc tincturæ pretium, ſicut nitor & præſtantia. Ita quia impendium ſummum denudò ſaturare lanas; vel Nero interdixit uſum Amethyſtini & Tyrij coloris, ut reſert Sueton. cap. 32: id eſt, tincturam martineæ & terreſtris purpuræ. Pridem lul. Caſar, de quo idem in eius vit. cap. 42. Promiſſum conchyliatæ veſtis uſum ſiſtulit. Haud decebat ni in Imperatorum veſtem eiſmodi purpuræ fulgor: ad ſacra autem aptius collocatum impendium. Quapropter, ubi nuper, in cultum Tabernaculi, dicitur Moyſi: Hæc ſunt, quæ accipere debetis: hyacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum. Non tantum ſingula, ſed & lanam ex duplici colore, ut ſupra vidimus, ex ianthino & Tyrio, ex violaceo & rubro: e quibus purpuræ præſtantiffimus color: quem defectu conchyliorum æmulatur coccus, non ſemel, ſed denudò tincta lanæ, ex quo dibapha purpura. Videtis ſelecta apud Ulyſſem Aldrovand. de Teſtaceis lib. 3. cap. 5.

1. Mach. 4.

Quid pura Maeritima? Plin.

Aul. Gell. Exod. 25. 4. Iſai. 1. 18.

Sueton;

Purpureum pro pulchro

Pro rutilo

Virgil.

Stat.

17 Alia coloris purpurei acceptio pro inſtituto noſtro eſt: nimirum pro pulchro, ſplendenti, rutilo, præſtanti colore, lumina mulcente præ amenitate. Homer. uſquequaque purpureum vocat æquor. 1. Iliad. verſ. 350. Purpureum reſpicies in Pontum. Anacreon in Veſt. carn. Purpuream Venere. Albinov. ad Liviam verſ. 12. Purpura ſub nive. Idem Aldrovand. quò dudum, & Textor in Officin. lib. 7. cap. 48. Nives rubentes. Catull. in Nupt. Pelæi & Thetid. verſ. 275. Purpurea lux. Idem Ovid. 1. Faſtor. verſ. 200. & lib. 3. Amor. Eleg. 5. Purpureus que mihi dicat Amor. Horat. 4. Carm. od. 1. verſ. 10. Purpureis odoribus. Virgil. Ecol. 9. verſ. 40. Ver purpureum. 1. Aneid. verſ. 595. Lamen. 4. Georg. verſ. 373. Mare. ibid. v. 54. 6. Aneid. v. 884. 9. v. 435. Flores. Fuſius apud A. Gell. lib. 18. cap. 11. Virides cum purpurat undas. Cicer. in Lucull. cauſam aſtruit: Mare (inquit) cum Favonio purpureum videtur. Petron. in Satyr. Metr. 5. Mellea purpureum deprimunt ora ruborem. Denique Nat. Comes 7. Mytholog. cap. 1. Puniceos Geryonis boves. Sat auctoritatum pro pulchro. Quis enim, dum audit purpureum, rubram, coccineamque intelliget Venere, Cupidinem, nitem, mare, & olorem? Purpureum ergo intelligendum ſpecioſum. Reſtat ergo acceptio pro colore flavo, rutilo, auro, roſeo. In promptu eſt: igitur his vocibus, utpotè ſynonymis, utantur AA. Sueton. in Calig. cap. 35. Fulgore purpura. Virgil. 9. Aneid. verſ. 614. Splendenti murice: id eſt, Splendente purpura: ut obſervat Adrian. Turneb. 22. Adverſ. cap. 15. Nedit utrumque lib. 7. Aneid. verſ. 25.

Lanque rubefcebat radijs mare, & æthere ab alto Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis. Idem lib. 3. verſ. 521. & lib. 4. verſ. 585. Stylum ſecutus Statius 3. Thebaid. verſ. 1734. Septima iam nitidum terris Aurora, dieſque Purpureo veſit ore diem. Aſtipulatur Catullus ubi nuper verſ. 308. Candida purpura Tyrios extinxerat ora. Ita legit Iul. Scaliger, de quo hic vide Paſſeratium. Claret ergo purpureum pro rutilo flavo; & candidum, quod minime Tyria purpuræ congruit, pro ſpecioſo, nitido, vel fulgido. Hinc ardens purpura dicitur a Luvenal. Satyr. 11. verſ. 155. Ob cuius analogiam ignis, Sol, flamma, coma, & alia id genus, dicuntur flava, rubea, ſplendentia, nitida, rutila & aurea. Virgil. 8. Aneid. verſ. 97. Ovid. 1. Triſt. Eleg. 3. Martial. 5. Epigram. 20. & alij paſim utuntur. Unde claret quâ ſpecioſitate, colore & ornatu eminebat Sponſæ capillitium: quandoquidem triſtium ſpecies perpulchra, cinnorum nitida, multicolor, diſcolor, verſicolor, adinſtar colli columbæ adverſo Sole; vel in ſimilitudinem purpuræ regie, quæ florem, nitorum, deſequit

- ex attritu non perdit, neque in illa species decolor cadit: igitur coma, capitis perpulchra umbella, fulva, flava, rubenque colore; sicut purpura nova in vestem regiam. Illa flava, sed magis emiccat vineta, vel iuncta in nodum, vel in plocamos efformata undulatum turri crinium, speciosis canalibus, idest, laqueoleis aureis, vel fericis (Hispan. *Cintas, listones*) bullis, seu torulis, vel divitibus capreolis. Haudquaquam, quia comæ color esset, sicut succus purpure, muricis, aut buccini, ita ut possit dici coccineus, puniceus, Tyrius, farranus; sed quia voce purpuræ signabatur olim quicquid pulchrum & speciosum, vel in capillatio. Ovid. 8. *Metam.* ut videbimus infra num. 25. *Crinem purpureum vocat*: imò absolute purpuram: *Purpura* (idest, crinis) *me factura potentem*. Virgil. 1. *Georg.* vers. 405. *Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo*. Quod sanè, ut constat, colore purpureo pro venutiore, ac flavo rutilo accipi, ipse 4. *Æneid.* vers. 698. accinit:
- Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
Abstulerat.*
- Pariter Seneca in *Octavia*, vers. 3. infit: *Radiante comâ*. Et Iovianus in *Melis*,
— *Truncatque rigentia pensa
Immitis Læbæsis, crinemque è vertice vellit
Purpureum.*
- Satis ergo sit pro cincinnis flavis Sponsæ; ut liqueat quàm longè à decore & honestate illius meretricis ornatus & studium: simulque clareat, quid sit coma sicut purpura regis iuncta, vel vineta canalibus. Igitur ad alia.
- 18 Haud dubium, ut observavimus num. 14. feminas, potissimè meritorias, ut allicerent amafios, æmulari comæ flavitiem: siquidem crinium colore affectabant puellarum speciem, quasi possent atatem; ne formæ appareret deformitas, cuius mulcimen iam decerpserat ætas: imò si proprium crinem niquebant inficere; in ostentationem venustatis & juventutis, sumptus totus ex aliena casarie. Ovid. 1. *Amor.* Eleg. 14. inquit;
- Nunc tibi captivos mittet Germania crines,
Culpa triumphate munere gentis erit.
O quàm sepe comas, aliquo mirante, rubebis!
Et dices: empta nunc ego merce probor.*
- Lucanus lib. 10. *Bell. Pharsal.* seu civil. à vers. 229. floridè de Libycis crispis & nigris succini;
- Hæc Libycos pars tam flavos gerit altera crines,
Ut nullus Cæsar Rheni se dicat in arvis
Tam rutilas vidisse comas.*
- Etiam Martial. de sceminarum Roman. usu & abusu lib. 5. *Epigram.* 69. & 14. *Epigram.* 264
- Arctoa de gente comam tibi, Lesbia, misi;
Ut scires quanto sit tua coma magis.
Causica Theutonico accendit flamma capillos:
Captivis poteris cultior esse comis.*
- Asceticam gestare comam mos fuit pluribus Nationibus, ut constat ex dictis: quinimò apud Hebræos inolevit. Quapropter Sanctius in 2. *Reg.* cap. 26. num. 33. de tonsis Abfalomi capillis infit: *Capillos bosce flavos esse, ac rutilos nemo credo dubitat; quia si nigri essent coloris, non tanto pretio à puellis Solymitanis emerentur, quæ capillos amant, qui auri referunt similitudinem, & omni artificio, & magno dolore ac cura, & cum valetudinis nonnunquam detrimento, rutilant.* Hinc medicamina illarum, tincturæque illorum, uti observant Iul. Cæsar lib. 5. do *Bell. Gall.* Plin. lib. 22. cap. 1. Solin. *Polyhist.* cap. 25. *Mela lib. 2. cap. 3.* de Agathyris, quarum capilli à Textor. in *Officin.* lib. 7. cap. 48. & in *Epitb.* & Plin. lib. 4. cap. 12. vocantur *Cælestes*, seu cœrulei, vel ob æluminationem summam, ut diximus (siquidem quicquid pretiosum, cœlestis vocabant) vel propter tincturam, de qua iam actum: vel denique propter flavitiem insitam crinibus, si cœruleus pupillarum color: quæ de causa Minerva *Dea casta* dicitur sæpius ab Homero, idest, cœlestis, à cœruleis pupillis, & consequenter à crinibus flavis: igitur hic pupillarum color index flavæ rutilæ comæ. *Omnibus truces* (ait Tacitus de *Morib. German.* cap. 4.) & cœrulei oculi, rutilæ comæ. Iuvenal *Satyr.* 13. vers. 164. canit;
- Cœrulea quis stupuit Germani lumina, flavam
Cæsariem, & madida torquentem cornua cirro?*
- Vide Propert. lib. 1. *Eleg.* 8. 2. de Britannis, & Virgil. 4. *Æneid.* vers. 146. His ergo in speciem utebantur femina, vel proprio defluo, ob ægritudinem deciso, vel reciso; vel ut ætatem fallerent. Quo intelligitur illud Isaia; *Decalvabit Dominus verticem filiarum
Sion,*

Sion, & crinem earum nudabit. Idest, flavas comas in annulos efformatas, ex quibus cincinnorum crispantes fluctus, capitis & oris decor. Apparebit deformitas, ubi pridem superba venustas: deridebiturque ambictiosa formæ studium, sicut calvus Æscopius, & ille de quo Martial. lib. 4. *Epigr.* 83. *Calvo nihil est turpius comato.* Idem ipse lib. 12. *Epigr.* 45. *Quantum ioci, si ætate nostra floreat!* Quia nudatæ crines, apparebunt calvæ, & quæ præstare cæteris contendebant splendore capillorum; horrescent, uti monstra, in similitudinem Furiarum.

— *Flava coma est*

Gorgonis anguiferae pectus operta comis.

Modulatur Propertius lib. 2. *Eleg.* 2. vers. 5. & Ovid. lib. 4. *Metam.* fab. 4. vers. 4. *Trist.* eleg. 7.

Illæ nec in tota conspectior ulla capillis

Parvifuit: invèni, qui se vidisse, referrent,

Gorgonium crinem turpes mutavit in hydros.

19 Ita enim maletantur in perpetuum mesitudinem; quippe feminis nulla gravius pena, ut dicemus infra num. 29. Imò ex alieno plausible capillito tanta oriebat trinitia; ut sæpe veneficio in amulas uterentur, vel fascinatione, de qua *Tautolog.* 3. à num. 39. latè. Nescio quid magni (aliquid est hinc quia scitu dignum, aliquantulum in argumento morandum) inquit capillis, ut de his tanta humanæ conditionis urgeat & fodicet animum cunctorum inquieta sollicitudo: langueatque de illorum amissione, quasi esset summi momenti, cum conterit pili, de cuius studio quæ non vidi ridenda! Sanè capillos offerre pro extremo obsequio habitum quondam, & modò habetur. Certum quid, credo, hæret, quod profectò examinandum.

— *Sunt eadem crines, frondes, densæque volucrum*

Penna, tum squama, quæ sortia membra teguntur.

Ait Aristoteles ex Empedocle lib. 4. *Meteor.* Hocce ornatus honestamentum tribuit natura homini pro auctoramine, & decore: viro nimirum barbam, feminæ comam. *Deus* (inquit Clemens Alexandrin. lib. 3. *Pædagog.* cap. 3.) *voluit feminam esse glabram & levem, sola coma exultantem.* De illarum studio diximus: de virorum, quia mirum (siquidem ut signat Paulus, *ipsa natura docet, quòd vir quidem si comam nutriat, inominia est illi*) magis novum. De Flamme Diali quæ non ludicra apud Romanos? *Capilli segmina subter arborem terra oriuntur. Capillum, nisi qui liber homo est, non detonsit*: ita Aul. Gell. lib. 10. cap. 15. De barba Neronis & Caligulæ diximus *Tom. 2. Tautol.* 11. num. 17. Solemnissimum diem Prisci celebrabant pro primæ barbæ depositione. Martial. lib. 3. *Epigr.* 6. Iuvenal. *Satyr.* 3. vers. 186. & Statius lib. 3. *Sylvar.* carm. 4. vers. 10. morem indicant.

Libat florentes hæc tibi prima genas.

Ille metis barbam, crinem hic deponit amici.

Forfan & ipse coma nunquam labentis bonorem

Comparet, atque alio clausum tibi ponet in auro.

Trezantij virginibus & adolescentibus legem statuerunt, ne quis ipsorum (ait Lucianus de *Dea Syria*) coniugium inviret, priusquam Hippolyto comas totondissent: idque hoc pacto faciunt. Adolescentes quidem barbas consecrant, pueri autem capillos sacros à natiuitate demittunt: quos postquam in templo sunt, reserant, & in vasa expositos, alij quidem argentea, multi verò etiam aurea, in sacra ade affigunt, atque abeunt, in scripto cuiusque nomine; atque hoc ego quoque, cum adhuc iuvenis essem, feci: & in templo meus adhuc capillus & nomen restat. Pœnitentia. Insignibus reliquijs decoratum est sanum, idem faceret caballi tomentum. Puer erat: vir verò factus, qui idololatra, evasit Atheus. Inter Hebræos, qui voto Nazareatus obnoxii, radebant cæsariem, sed minimè dedicabant tanquam anathema Templo. Unde Numer. 6. 18. dicitur: *Radetur Nazareus ante ostium Tabernaculi federis casarie consecrationis sue: tolletque capillos eius (Sacerdos) & ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum.* Patet ritum sumplisse ab Hebræis, sed depravasse, Gentiles. Unde Cyrillus Alexandr. de *Adoration. in Spir.* cap. 16. inquit: *Gentiles mutarum pecudum more viventes, offerebant comam demonijs: eam nutrire promissam, alius in huius Dei bonorem, alius in huius vel illius Nymphæ gloriam. Religionis loco barbam & comam nutriebant, quam voto tandem offerebant: quem ritum ut tolleret Moyses, instituit ritum, quo in sanctificationem Deo offerrent.* Eadem ferè Theodoret. in 19. *Levit.* quest. 28. Quinimò etiam pœnitentiæ gratiâ, vel gratitudine ob acceptum optatum beneficium, comam oblatam refert Iosephus lib. 2. de *Bell. Iud.* cap. 15. uti diximus *Tom. præced. Tautolog.* 5. num. 27. Quod quidem usitatum etiam apud Ægyptios, observat Diodor. lib. 2. cap. 4. & plures alij

Propert.

Fascinatio
capillorum.

Cur in ba-
mine tanta
de capillis
sollicitudo?

Emped.

Clem. Ale-
xand.
1. Cor. 11.
14.
Aul. Gell.

Martial.
Juvenal.
Statius.

Lucian.

Coma &
prima bar-
ba olim in
templis.

Numer. 6.
18.

Cyrril. Ale-
xand.